certam ratã quartę funeralium accipere poſſint ac debeant, nec deſuper à quocunq; contra conſtitutionem ac priuilegiorum huiuſmodi formam & tenorem moleſtari, perturbari, ac inquietari poſſint: Nihilominus multi veſtrum Fratres & profeſſores Ordinis. S. Franciſci ac Prouincię huiusmodi circa præmiſſa vijs in directis moleſtare perturbare, & impedire preſumunt. Quare fuit pro parte ipſorum exponentium ad nos recurſum, nobisq; humiliter ſupplicatum, quatenus eis in pręmiſſis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtere dignaremur. Nos igitur executionem, & debitum effectum conſtitutionum Apoſtolicarum deſiderantes circunſpectionibus veſtris, venerabiles Patres, Epiſcopis & Archiepiſcopis, atq, alijs etiam maioribus Pręlatis in virtutæ Sanctę obedientię, & ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, nec nõ vobis officialibus, Vicarijs, ac Rectoribus, & Vicarijs perpetuis Parochiarum Eccleſiarum ac loca-tenentibus, omnibusq; alijs, quos pręmiſſa quomodolibet concernunt ſub excommunicationis maioris latę ſententiæ alijsq; cenſuris, & pœnis arbitrio noſtro imponendis, & applicandis diſtrictê pręcipiendo mã